



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

Copialbuch.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

C o p i a l b u c h.

Warhafftige Vidimirte Copeien vnd Abschriftten der Fundation, Begiftigung vnd anderer
des Closters himmelforten Originalien vnd Briefflicher Vrkundenn.

I. Der erste Hauptbrief vnd Plantarium oder fundation des Closters Himmelforthenn etc.

In Nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Licet omnis spiritus laudare Dominum teneatur, amplius tamen hij, qui de abundantia pietatis eius amplius acceperunt. Nos igitur Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus publice per presentes, Quod de donis altissimi, nobis temporaliter concessis, ipsum, a quo bona cuncta procedunt, laudare et benedicere cupientes, cum consilio et auxilio Reuerendi patris et Domini Johannis, Abbatis Ecclesie Leninensis, ad laudem et gloriam Dei omnipotentis eiusque pie matris Marie Virginis perpetue, ad salutem quoque animarum, nostre uidelicet ac progenitorum nostrorum, Et specialiter generosi principis charissimi fratris nostri Ottonis et filiorum suorum, ac etiam filiorum nostrorum Ottonis et Johannis et heredum ac successorum nostrorum omniumque fidelium defunctorum, nouelle plantationis Ecclesiam ordinis Cisterciensis in terra nostra Lychen fundauimus, quam appellauimus Celiportam, quamque bonis nostris dotauimus infra scriptis. Inprimis donauimus eidem Ecclesie Villam Carstauel cum suis pertinentijs, Magnam Thymen et paruam Thymen cum suis pertinentijs. Insuper et omnes Mericas et siluas adiacentes et specialiter siluam, que Stolpenbruk dicitur. Item Mericam et siluam, que protenditur a metis Campi Carstauel usque Furstenbergk. Item uillam Garlin cum merica et distinctionibus suis. Item uillam Lynczere cum suis pertinentijs. Item uillam Brusenwalde cum suis pertinentijs. Item centum Manfos in terra nostra Stargardenfi, quos filio nostro charissimo Domino Henrico Magnopolensi in uillis, uidelicet Nedemin, Werben, Wlotouu, commisimus demonstrandos. Hos autem manfos cum omnibus uillis predictis dedimus prefate Ecclesie cum omnibus suis pertinentijs, metis et distinctionibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, nemoribus, siluis et lignis, rubis, aquis et riuis et generaliter cum omnibus prouentibus eorundem, cum omni etiam iure, proprietate, iurisdictione, dominio et utilitatibus quibuslibet in omnibus et per omnia, quemadmodum eas hucusque possedimus, eidem Ecclesie Celiporte donauimus iusto proprietatis ac libertatis titulo in perpetuum possidendas. Volentes etiam, ut dicte uille nunquam ullis temporibus precaria, exactione, seruitio curruum aut quacunque molestia ab aliquo successorum nostrorum aut eorum officialibus pregrauentur. Item dedimus dicte Ecclesie aquas et stagna infra scripta. Inprimis stagnum Platekouu, Santis, Vlake Zuzen, Tiepe Zuzen, Lest. Item stagnum Tiepe Worll, Vlake Worll. Item stagnum grote Lychen, Lutke Lychen, grote Melne, lutke Melne, Wublitz, Pyan, Blokenthien, Westwitz, Sidouu. Item stagnum Stolp, Mörfeken, Sicheluuist, Zwett, Balam, Röbelin. Item stagnum Thymen apud uillam Garlin, Klyfteuuitz. Item stagnum grote Zwagerou. Item stagnum inter Thymen et Zwagerow. Item stagnum Dobelouu.

Item stagnum Brenghentin. Item grote Kelle, lutke Kelle. Item grote Karstauell, lutke Karstauel, Crummese, Lynyczere. Item stagnum grote Crun, lutke Crun, Stipense, Rekenitz. Item stagnum situatum in Campo Lybbewe, et generaliter omnia stagna magna et parua, riuos et omnes aquas ad terram Lychen pertinentes, cum piscationibus et utilitatibus, cum metis et fundis et prouentibus singulorum in perpetuum, cum omni iure et proprietate, iurisdictione, dominio et libertate, sine molesta cuiuslibet libere possidenda, prohibentes, ne quis in predictis aquis piscari debeat, Crates aut sepes uel gurgustia edificare sine uoluntate fratrum nominate Ecclesie et assensu, exopto, quod incole ciuitatis Lychen habeant facultatem piscandi in aquis prope ciuitatem cum minutis retibus, que dicuntur Stoke Wathe, et cum ruis siue gurgustijs, ita tamen, quod Ecclesie Celiporte incole dicte ciuitatis Lychen condignum censum siue reditum dabunt, sicuti habentibus aquas dederunt ab antiquo. Insuper pretaxate Ecclesie donauimus Molendina infra scripta, inprimis proprietatem Molendini cum quatuor rotis ante ciuitatem nostram Nygen Brandenburg siti. Item proprietatem Molendini Nedemin. Item molendina apud uillam Brufenualde. Item dimidium molendinum. Stolp. Item molendinum apud paruam Thymen. Item molendinum in ciuitate Lychen et molendinum ante ciuitatem eandem, precipientes et uolentes, Vt omnes incole eiusdem ciuitatis ad dicta duo molendina, sita in ciuitate et ante ciuitatem, molere debeant, nec ad alia molendina unquam annonam suam educere uel educi facere molendi gratia audeant uel presumant. Item dedimus dicte Ecclesie molendinum apud Villam Kultrin, et generaliter omnia molendina supra predictis aquis omnibus et stagnis constructa, nunc et futuris temporibus construenda, cum omni iure, proprietate, iurisdictione, dominio et utilitatibus quibuslibet, cum locis, areis, fundis, metis et distinctionibus, libertate etiam plenaria, perpetuo possidenda. Prohibentes etiam, ne quis aquas dictas et stagna de statu suo consueto fodendo deducat sine Abbatis et conuentus dicte Ecclesie, licentia speciali. Item donauimus eidem Ecclesie in molendino Furstenbergk Triginta solidos census nouorum Brandenburgensium denariorum. Item uiginti solidos eorundem nouorum denariorum Brandenburgensium dedimus dicte Ecclesie in Ciuitate Lychen, quos aduocato nostro Henrico Crouuel commisimus demonstrandos. Tres solidos super area argillofa, sita iuxta stagnum, quod dicitur Diepe Worll. Item duos solidos super insula, sita apud stagnum Lesth. Item quindecim solidos in censu quinque Mansorum eiusdem ciuitatis singulis annis percipiendos. Hec predicta bona uniuersa, uidelicet villas, censum, aquas, stagna, molendina, donauimus Dicte Ecclesie et fratribus ibidem Deo seruientibus in perpetuum libera et exempta, nihil iuris in eis nobis uel nostris successoribus reseruantes. Vt igitur hec gratia seu donatio facta eidem Ecclesie a nobis et nostris successoribus inuiolabiliter obseruetur, presentes conscribi et Sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes quoque huius sunt: Venerabilis pater Dominus Johannes, Hauerbergensis Ecclesie Episcopus, Theodoricus, plebanus in Lychen, Arnoldus, plebanus in Euerfualde, Bruno, plebanus in Berlin, Magister de Dymyn et Baldeuinus, plebanus in noua Bernau, Capellani nostri; Wilhelmus Soneke, Busfo de Dolla, Johannes Sparro et Henricus de Pule, milites nostri, et Henricus Krouuel, aduocatus noster in Lychen, et quamplures alii fidedigni. Datum Euerfualde, Anno Domini M^o. CCXCIX^o., in die Beate Catharine, Virginis et Martiris gloriose.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me Erasmus Seydell Misnensis Diocesis Clericum conjugatum Sacris Pontificia et Imperiali autoritatibus Notarium Publicum. — Concordat cum suo uero originali de Verbo ad Verbum, quod attestor hac mea manu propria. —

II. Ein Ratification vnd bestetigungsbrieff Bischoff Volradis Zu Brandenburg etc. der obgesetzten Fundation vnd Donation des Closters Himmelpforten.

In nomine Domini Amen. Volradus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus presentium literarum inspectoribus in omnium saluatore salutem. — Quanquam iuxta prophete uaticinium non solum in Judea, sed et in omnibus gentibus longe lateque per orbem magnum nomen domini innotescit et in omni loco uniuersorum Dominus, qui illocalis et incircumscriptus est spiritus, oblationem mundanam nomini suo sanctissimo offerri a fidelibus gloriatur, Nihilominus in omni loco dominationis eius, quo religiosus invenitur ac deuotius feruentiusque Deo feruitur, illic munus gratius acceptabilisque de manu omnipotentis suscipitur. Audientes itaque quandam donationem ab illustri principe Alberto, Marchione Brandenburgensi, Cythercienfi ordini et domino Abbati et conventui in Lenyn in predio, quod Thymen dicitur, in ceterisque possessionibus et conterminijs circumiacentibus super nouo monasterio eiusdem ordinis ibidem fundando et construendo fuisse collatam, ob Ecclesie Dei in nostra Dyocesi amplificationem ac Cythercyensis ordinis, quem speciali favore prosequimur, dilatationem, exultauimus spiritu in domino gestientes petitionique Venerabilis patris predicti domini Jo. Abbatis prefati Coenobij, totiusque Collegij Lenynensis gratuito affectu ac libentj animo annuentes, prelibatam nouj monasterij fundationem seu constructionem ordinis Cythercienfis et ipsius Domus in quocunque loco collate seu conferende proprietatis a dicto principe nobilj Alberto situationem, sub nostre pastoralis cure tuitione ratificamus, liberum in omnibus prebentes assensum. Consentientes nihilominus et licenciantes, quod in supradicto loco Capella et in eadem altare construantur, ut interim ibidem ualeant celebrari missarum solemnia, donec predicta omnia confumentur. Vt autem hec nostra ratificatio perpetuam obtineat firmitatem, hanc paginam nostrj sigillj appensione fecimus communiri. Datum Anno M^o. CC^o. XCIX^o, II Nonas decembris, pontificatus nostrj Anno III.

Dass dise obgesetzte Copey mit Irem Rechten Pergamenen Originalen von mir Erasmo Seydell, Meissnischen Bischtums und vonn beyden Gewalten Offnen Notario, auscultirt und Collationiret, Auch mit demselben In allenn seinen Punkten vnd Artikelenn übereinrifft vnd gleichlautend ist, Dass bezeuge und bekenne Ich mit Diser meiner eigen Handschrift. —

III. Ein ander Privilegium und Begiftigung Marggraff Albrechts zu Brandenburg dem Closter Himmelpfort gegeben, ist der ersten Fundation fast worttlich gleich.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Cum iuuenes simul et uirgines, senes cum iunioribus, Immo omnis spiritus laudare dominum teneatur, Maxime tamen Reges terre et principes et hij, qui de manu domini plus alijs acceperunt. Nos igitur Albertus, Dej gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus publice per presentes, Quod de bonis a Deo nobis temporaliter concessis ampliare cultum diuinj nominis cupientes, cum consilio et auxilio Reuerendi patris Domini Johannis, Abbatis Ecclesie Leninensis, ad laudem et gloriam Dei omnipotentis eiusque pie matris Marie Virginis perpetue, ad salutem quoque animarum, nostre uidelicet ac progenitorum nostrorum, et specialiter generosj principis, Charissimj fratris nostrj, Ottonis et

filiorum suorum, ac etiam filiorum nostrorum Ottonis et Johannis et heredum ac successorum nostrorum, nouelle plantationis Ecclesiam ordinis Cisterciensis in terra nostra Lychen fundauimus, quam appellauimus Coeliportam, quamque bonis nostris dotauimus infra scriptis. Donauimus enim eidem Ecclesie primo Villam Carstauell cum suis pertinentijs, Magnam Thymen cum molendino, quod Thymer Möllen dicitur. Insuper omnes Mericas et siluas siue paludes adiacentes et specialiter siluam, que Stolpenbruk dicitur. Item dimidium Molendinum Stolp cum merica et silua, que protenditur a metis campj Carstauel usque in Furstenbergk. Item uillam Garlin cum merica et distinctionibus suis. Item paruam Thymen cum Molendino. Item uillam Lyneiezere cum suis pertinentijs. Item uillam Brufenwalde cum pertinentijs suis. Item molendina in ciuitate Lychen et molendinum ante ciuitatem eandem et molendina apud uillam Kultrin. Item stagnum Platekoue. Item stagnum protendens a Villa Wubechar usque ad molendinum infra Lychen et deinde usque ad uillam Stolp. Item stagnum Stolp usque in Furstenbergk cum paruo stagno adiacente. Item stagnum apud magnam Thymen. Item stagnum Zwagherou. Item stagnum Dobelou. Item stagnum Bringhentyn. Item stagnum apud Lyneiezere. Item stagnum situatum in campo Lybbewe. Item stagnum apud Carstauel. Item stagnum apud Rutenbergk, quod Krun dicitur. Item ab eodem stagno Krun omnia stagna interiacentia usque in Lychen et generaliter omnia stagna magna et parua, riuos et omnes aquas ad terram Lychen pertinentes, cum piscationibus et utilitatibus singularum, cum molendinis iam constructis et processu temporis construendis. Villas quoque predictas cum omnibus agris cultis et incultis, nemoribus et mericis, siluis et paludibus, pratis, pascuis et omnibus attinentijs et distinctionibus, cum omni iure, proprietate, iurisdictione, dominio et utilitatibus quibuslibet in omnibus et per omnia, quemadmodum eas hucusque possedimus, eidem Ecclesie Coeliporte donauimus iusto proprietatis ac libertatis titulo in perpetuum possidendas. Ad hec sane presentibus recognoscimus. Nos, aduocatos nostros, qui pro tempore fuerint, seu Bodellos, in premissis bonis eiusdem Ecclesie in quacunque causa criminali uel ciuili iudicandi nullam potestatem debere aliquatenus exercere. Ipsa enim bona ab omni precaria, exactione qualibet et omni seruitio communi et speciali libera perpetuo donauimus et exempta, nihil iuris in eis nobis uel nostris successoribus referuantes. Ut igitur hec nostra gratia seu donatio eidem Ecclesie a nobis et nostris successoribus inuolabiliter perpetuo obseruetur, presentes inde conscribi et sigilli nostri appensione iussimus communi. Testes quoque huius sunt: Dominus Ludolphus, prepositus in Bernauu, Dominus Hermannus, prepositus in Landesbergk, Dominus Johannes, prepositus in Soldyn, Dominus Arnoldus, plebanus in Euersualde, Dominus Joannes, plebanus in Bysdall; Dominumque Brunonem de Berlyn et Magistrum Johannem de Dymyn, Capellanos nostros, Conradum de Veltbergk, Wilhelmum Soneken, Buffonem de Dolla, Wilhelmum de Lubrechezdorp, Albertum de Heydebrake, Rodolphum de Wudensweghen, Henricum de Lowenberg et Buffonem de Doere, Milites, et quamplures alios fidedignos scire fecimus et manifestauius prefens factum. Actum et datum in Soldin, Anno Domini Millesimo Trecentesimo, Die purificationis Marie uirginis gloriose.

Dise Copei Ist gleicher gestalt wie Die obgesetzten Beyde vonn mir obgenanntem Notario Erasmo Seydeln, mit Irem Rechtem Original Auscultiret und Collationiret vnd ist Demselben In allen seinen Puncten vnd Artikeln gleichlautende. Welchss Ich betzeuge vnd bekenne durch dise meyne eygene Handtschrift.

IV. Marggraff Hermans Ratification vnd andere Donation der obgezaltzen Marggraff Albrechts, seines Vetteris, Foundation vnd Begiftigung des Closters Hymmelpfortt.

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis Amen. Hermannus, Dej gratia Marchio Brandenburgensis, Vniuersis presentium auditoris continentiam seu uisuris in perpetuum. Quia rex Regum et dominus dominantium inter filios hominum quem uult humiliat et sublimat, necesse nobis est omnibus, ut ambulemus sollicitate coram eo et cultum sui nominis in nullo penitus minuamus, sed potius totis uiribus ampliemus. Quia igitur princeps magnificus dominus Albertus, Marchio Brandenburgensis illustris, patruus noster Charissimus, de bonis ab altissimo sibi datis, ad laudem eiusdem Dej omnipotentis ac sue matris Marie uirginis perpetue, ad salutem quoque animarum, sue uidelicet ac felicis memorie Dominij Ottonis, Charissimij patris nostri, et progenitorum ac filiorum ac successorum suorum ac nostrorum, Nouelle plantationis fundauit Ecclesiam Cysterficiensis ordinis, quam appellauit Vulgarj nomine Coeliportam, Quam etiam datis bonis suis dotauit magnifice et ditauit, Et quia ex antique hereditatis successione Ad terram et bona eiusdem nostri patris finis ab imperio inphodati, Ipso patruo nostro cum fratribus eiusdem Ecclesie Nos rogante, omnia bona in aquis et in terris, per eundem patruum nostrum Ecclesie Coeliporte donata et suis literis assignata et singula, que iidem fratres iusto titulo poterunt adipisci, Eidem Ecclesie Coeliporte presentibus approbauimus, ratificauimus et confirmauimus, Immo et cum ipso patruo nostro Alberto sepedito donauimus similiter propter dominum, volentes eandem Ecclesiam Coeliportam in plena libertate et possessione eorundem honorum absque impetitione cuiuslibet et absque impedimento quolibet perpetuo permanere. In cuius rei euidentiam presentes conscribi et sigilli nostri appensione iussimus communiri. Testes quoque huius sunt: Idem patruus noster magnificus, Baldewinus Stormer, Fredericus de Aluenslebe, Johannes Sparro, Palmedach, Heinricus de Britzke et Heinricus de Oderberch ac Albernus de Bruncow et plures alii fide digni. Actum et Datum Euerfuoelde, Anno domini Millefimo tricentesimo, Nonas nouembris.

Concordat hec presens Copia cum suo vero Originali de Verbo ad Verbum, quod obtestor ego supra memoratus Notarius Eras. Seydell hac mea manu propria.

V. Romischer Koniglicher Mytt Herr Albrechts etc. Confirmation, Schutzbrieff vnd andere Befreyhung der Jurisdiction des Closters Himmelpforten vnd desselben guthern u. f. w.

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis Amen. Albertus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Vniuersis sacri Romani imperii fidelibus presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Quoniam monasteriorum fundatores ipsorumque tutissimi defensores diuinos cultus amplificant et honores sueque salutis fore probantur sapientissimi prouisoires, cum religiosorum inibi deuote Deo deseruentium uirtutumque cultorum se ob spem future mercedis efficiunt participes et consortes. Cum igitur pie recordationis, illustris quondam Albertus, Marchio Brandenburgensis, princeps noster, ante obitum suum, diuina inspiratione permotus, ad fundandum in terra sua ordinis Cysterficiensis Monasterium, nominatum Porta Celi, de consensu illustris Hermannii, Marchionis Brandenburgensis, filii ac principis nostri Charissimi, nepotis sui atque

heredis, largas possessiones ac liberas proprietates, sicut apparet in suis instrumentis patentibus, erogauit, Nos idem monasterium ac personas in eo Christo deuote famulaturas cum omnibus bonis, quibus in presentiarum rationabiliter est dotatum, aut hijs bonis, que in futurum iustis modis, largiente domino, poterit adipisci, sub nostram regalem protectionem suscipimus specialem; priuilegia quoque, libertates, iurisdictiones, terras, domos, possessiones, predia et alia bona, que in eiusdem Coenobij iustam cedent possessionem, eidem monasterio et personis inibi diuinis obsequijs mancipandis autoritate regia confirmamus; concedentes, ut in locis, in quibus iurisdictionem habuerint temporalem, persone idonee per ipsos possint constitui, qui ius reddant et iusticiam, sicut ipsa iurisdictione ipsis competere dinoscitur, nostro et imperij iure in omnibus semper saluo. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc protectionem nostram, confirmationem et concessionem huiusmodi infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc fecerit, grauem nostre indignationis offensam se nouerit incursum. In cuius rei testimonium hanc literam exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. Datum in Castris apud Wizenloch, XIII Kalend. Junij, Anno domini M^o. CCC^o. primo, Indictione XIII, Regni uero nostri Anno tertio.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me Erasmum Seydell suprädictum Notarium publicum, et concordat cum eodem de Verbo ad Verbum, quod attestor hac mea manu propria.

VI. Bischoff Ludwigs zu Brandenburg Vidimus Ueber die nechstobgesetzte König Albrechts Confirmation, Schutz vnd Befreiungsbrief dem Closter Himmelforten gegeben etc.

Nos Lodeuicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, tenore presentium publice recognoscimus et testamur, Quod literas Domini Alberti, quondam Romanorum regis felicitis memorie, ueras et integras, non concellatas, non abolitas, non raras, nec in aliqua parte uiciatas, uidimus pariter et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum: In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Albertus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Vniuersis sacri Romani imperij fidelibus, presentem paginam inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Quoniam monasteriorum fundatores etc. etc. Volget der Text also von wort Zu wort, wie hiroben Im Originael. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Scrapftorp, Anno domini M^o. CCC^o. XXXV^o., feria quarta post dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti.

Dass diese Vidimus Copei mit seinem Rechten Pergamenen Originale allenthalben vbereintrifft vnd gleichlautend ist, Dass Bekenne vnd betzeuge Ich obgesetzter Notarj Erassmus Seydell mit diser meiner eigenen Handschrift.

VII. Eine Donation vnd Befreyhung Hern Heynrichs Zu Mekelnburk u. f. w. aller güter, Zu dem Hoff Thymen gehorigk.

Henricus. Dei gratia Dominus Magnopolensis, Omnibus Christi fidelibus presens scriptum uiforis seu auditoris salutem in domino sempiternam. Facta memorie digna, scriptis commendare decreuit antiquitas, ne longinquitate temporis, quod iuste ac rationabiliter actum dinoscitur, cuiusquam obliuione uel temeritate contingat in dubium reuocari. Nouerint ergo Vniuersi, quod nos religiosorum fratrum ordinis Cysterficiensis considerantes uitam celibem, bonorum operum frequentiam ordinisque sanctitatem, sperantes in anima et corpore apud Deum deuotis eorum precibus salubriter adiuuari. Ad laudem Dei omnipotentis et beate Marie Virginis pro salute anime nostre et vxoris nostre ac progenitorum nostrorum, nec non successorum nostrorum, Damas eisdem fratribus ordinis Cysterficiensis bona omnia ad curiam Thymen spectantia, in uillis seu mansis, cum omni iure, proprietate, libertate, Terris cultis et incultis, lignis, paludibus, aquis aquarumque decuribus, molendinis constructis et construendis, piscationibus, pratis et pascuis, cum suis pertinentijs et utilitatibus quibuslibet, sicut ea ad nos perduxerunt per nos et nostros heredes seu successores, ab omni precaria et exactione qualibet seu grauamine omnique seruitio communi et speciali, Quod per nos, nec non aduocatos nostros, bodellos seu quoslibet officiales nostros extorqueri posset, libera perpetuo et exempta, Nihil iuris in bonis predictis nobis et nostris successoribus retinentes. Ut autem predicta omnia a nobis nostrisque successoribus perpetuo maneant inconuulsa, Dedimus fratribus sepedictis ordinis Cysterficiensis presentem paginam sigilli nostri patrocinio firmiter communitam. Testes quoque huius sunt milites nostri Dominus Buffo de Dolla, Dominus Willekinus Soneke, Dominus Rodolphus Wodenfwege, Dominus Ekhardus de Dewitz, Dominus Hinricus Soneke, Dominus Vicko Mundt, Dominus Johannes de Plauue, Dominus Crowel, Dominus Rodolphus de Dolla et quamplures alii fide digni. Datum Anno Domini Millesimo trecentesimo quarto, XIII Kalendas septembris, in die beati Magni martiris.

Dise Copei ist von mir Erasmo Seydell, von beiden Gewalten Offenem Notario, Collationirt vnd Auscultiret vnd ist mit seinem Rechten Pergamenen Original allenthalben gleichlautende, Welchs Ich mit Diser meiner eigenen handschrift bezeuge vnd bekenne

VIII. Eyne Hauptvorfchreybung Hern Heinrichs, Hern zu Mekelnburk vnd Stargardt, Darin er die obgefatzte erste Fundation vnd Donation des Closters Himmelpfortenn Ratificiret vnd Consentiret, vnd vereigent dem Closter auch dieselben güter mit Anweisung der Hundert hufen u. f. w., davon In Marggraf Albrechts Fundation etc. gefetzt.

In nomine sancte et Indiuidue Trinitatis Amen. Quoniam ea, que Ecclesiis dei et in his degentibus a piis principibus instrumentorum robore liberaliter ac perpetualiter sunt impensa, nulla unquam fas est labefactari calumnia, sed quecunque donata sunt et concessa, integraliter et irrefragabiliter obseruari. Hinc est, quod nos Henricus, Dei gratia Dominus Magnopolensis et Stargardensis, recognoscimus publice per presentes, quod princeps magnificus Dominus noster Albertus, Marchio Brandenburgensis illustris, cum nostro consensu ad laudem Dei omnipo-

tentis eiusque matris Marie Virginis perpetue in terra sua ac nostra Lychen Nouvelle plantationis fundavit Ecclesiam Ordinis Cysterficiensis, quam Celiportam vulgari nomine appellavit, quamque bonis suis subscriptis dotavit, prout in presentibus et etiam suis privilegiis eidem Ecclesie datis lucide est expressum. Donavit enim eidem Ecclesie primo uillam Carstauell cum suis pertinentiis, magnam Thymen cum molendino, quod Thymermöln dicitur. Insuper omnes mericas et siluas siue paludes adiacentes et specialiter siluam, que Stolperbruk dicitur. Item dimidium molendinum Stolp cum merica et silua, que protenditur a metis campi Cayrstauel usque Vorstenberghe. Item uillam Charlin cum merica et distinctionibus suis. Item paruam Thymen cum molendino. Item uillam Lyneiefere cum suis pertinentiis. Item uillam Brusenuuolde cum suis pertinentiis. Item molendina in ciuitate Lychen et molendinum ante ciuitatem eandem et molendina apud uillam Custryn. Item stagnum Platekouu. Item stagnum protendens a uilla Wbechar usque ad molendinum infra Lychen et deinde usque ad uillam Stolp. Item stagnum Stolp usque in Vorstenberghe cum paruo stagno adiacente. Item stagnum apud magnam Thymen. Item stagnum Zuuagerouu. Item stagnum Dobelouu. Item stagnum Bringenthyn. Item stagnum apud Lyneiefere. Item stagnum situatum in campo Lybbewe. Item stagnum apud Karstauel. Item stagnum apud Ruthenberghe, quod Crun dicitur. Item ab eodem stagno Krun omnia stagna interiacentia usque in Lychen, Et generaliter omnia stagna magna et parua, riuos et omnes aquas ad terram Lychen pertinentes, cum piscationibus et utilitatibus singularum, cum molendinis iam constructis et processu temporis construendis, Villas quoque predictas et centum mansos in terra Stargardenfi cum omnibus agris cultis et incultis, nemoribus et mericis, siluis et paludibus, pratis, pascuis et omnibus attinentiis et distinctionibus, cum omni iure, proprietate, iurisdictione, dominio et utilitatibus quibuslibet, in omnibus et per omnia, quemadmodum easdem villas cum dictis centum mansis in terra Stargardenfi predicta possederat et nos possedimus, cum nostro consensu eidem donauit Ecclesie Celiporte Iusto proprietatis ac libertatis titulo in perpetuum possidenda. Adiecit quoque premissis, nostro consensu plenius accedente, quod nec ipse, nec nos, nec aduocati sui uel nostri, qui processu temporis fuerint, seu bodelli in bonis premissis eiusdem Ecclesie in quacumque causa criminali uel civili nullam iudicandi habebunt de cetero potestatem. Ipsa enim bona ab omni precaria, exactione qualibet et omni seruitio communi et speciali perpetuo erunt libera et exempta, nihil iuris sibi uel nobis, uel suis aut nostris successoribus retinuit in eisdem. Nos igitur huius magnifici principis domini nostri Alberti, felicitis recordationis Marchionis Brandenburgensis, religioso proposito quam plurimum congaudentes, sed et operum tam piorum cooperatores et conparticipes fieri deuotissime cupientes, simulque in animarum nostre et vxoris nostre, Domine Beatricis, eiusdem Illustris principis filie, et omnium progenitorum nostrorum salutem et remedium, foundationem predicti Cenobii Celiporte Cysterficiensis ordinis ratam et gratam habentes, confirmamus et condonantes stabilimus et ratificamus quecumque superius memorata, uolentes uniuersa illibata et in perpetuum inuiolabiliter integra obseruari. Assignantes nihilominus et distincte demonstrantes in terra nostra Stargardenfi pro centum mansis, de quibus supra dictum est, necdum tamen adhuc distinctis, bona inferius annotata. Inprimis Villam Nedemyn cum suis pertinentiis, agris cultis et incultis, siluis, nemoribus et mericis, pratis et pascuis uniuersis ipsi uille attinentibus, aquis, riuis et paludibus, cum molendino eiusdem uille super aquam, que Tholosa dicitur, constructo et aliis forte pro tempore construendis, cum omnibus eiusdem aquis in longum et in latum quoad usque eius uille termini protenditur, Ita quod uterque meatus earundem aquarum Tholose, uidelicet usque ad extremum litus uersus ciuitatem Trebethouue, cum omnibus insulis siue mediannis, eidem diui-

tionibus aquarum ibidem interclusis, cum piscationibus et utilitatibus quibuscumque ad prefatam Ecclesiam debebunt perpetuo pertinere. Item uillam Werben cum omnibus suis pertinentiis. Item decem mansos in uilla Vlatouu cum suis distinctionibus uniuersis, quos Wilhelmus Soneken senior, miles, a nobis hactenus feodaliter tenens, sed ex nunc tenere debet ab Ecclesia supradicta. Hec itaque bona cum uniuersis suis pertinentiis, cum omni iure, proprietate, iurisdictione, dominio et utilitatibus quibuscumque, libertate etiam plenaria in omnibus et per omnia, quemadmodum predicta uniuersa donata sunt, Damus et assignando donamus prefate Ecclesie Celiporte loco et nomine centum mansorum in terra nostra Stargardenfi, cum uniuersis bonis prelibatis Iusto proprietatis ac libertatis titulo in perpetuum possidenda. Ut igitur hec omnia et singula, in priuilegiis dicte domus Celiporte expresse contenta, perpetuo et inuolabiliter conferrentur, presentes conscribi et sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes quoque huius sunt: Wilhelmus Soneke, Henricus Soneke, Buffo de Dolla, Bernardus de Peccatel, Vicko de Vitzen, Henricus Crouuel, milites; Henricus et Godeko, nostre curie Cappellani, et plures alii fide digni. Datum Nien Brandeborch, Anno domini M^o. CCC^o. quinto, sexto decimo Kalendas octobris.

Concordat et hec Copia cum suo originali uero et incorrupto, quod attestor ego supradictus Notarius Eras. Seydell hoc meo chyrographo.

Vnd seindt Diser Copei Zwei Original mit VIII bezeichnet Zu befinden.

IX. Marggraff Otten vnd Marg. Woldemarfi Priuilegium vnd Kauffbrieff vber die Dorfer Stolpe, Bredereike, Rudow vnd Tangerisdorf, vnd ist der andere Brief hirunten nach disem mit XI betzeichnet, fast gleiches Inhalts, paucis mutatis.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Otto et Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenses, Landesbergenses et Lusacenses Marchiones, Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum uisuris salutem in eo, qui est omnium uera salus, uirtus et uita. Labi potest cum lapsu temporis, quicquid disponitur, nisi literarum cautionibus aut personarum testimoniis confirmetur. Eapropter constare uolumus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod honorabili uiro, domino Johanni, Abbati in Lhenyn, ordinis Cysterciensis, et suo conuentui, proprietatem quatuor uillarum, Videlicet Stolp, Bredereyke, Rhudouue, Tangerstorp pro trecentis marcis argenti Brandenburgensis vendidimus, quas uillas quondam Redekinus, de Redere dictus, a nobis in pbeudo tenuit et eidem fratribus pro constructione Cenobii, quod Celiporta dicitur, pro nongentis marcis argenti Brandenburgensis vendidit et nobis sub tali forma resignauit, ut easdem uillas dictis fratribus cum iure proprietatis in possessionem legitimam conferemus cum omni pensione et cenlu et utilitate et fructibus inde percipiendis atque cum aliis omnibus suis pertinentiis, scilicet agris cultis et incultis, aquis, piscationibus uiuis et inuis, lignis, pratis, pascuis, areis ac ceteris aliis prouentibus ad easdem uillas spectantibus in perpetuum possidendas. Verum ut unicuiusque uille termini expressius atque enucleatius cognoscantur, dignum duximus, eos nominatim in longum et in latum distinguere et circum queque per ordinem euidentius explanare. Inprimis igitur termini agrorum uille Stolp protenduntur in longum usque ad nemus ciuitatis Lychen, habentes in sinistram partem aquam siue fluuium, qui Lychen dicitur, a predicta uilla usque ad nemus memoratum et ad partem dexteram distendentes se ad metas agrorum uille Bredereyke.

Item termini uille Bredereyke protendantur in longum usque ad nemus ciuitatis Lychen et usque ad metas uille Tangerstorp, ad partem finistram tangentes metas uille Stolp, ad partem uero dexteram metas uille Rudouue. Item termini uille Tangerstorp, incipientes a metis uille Bredereyke extendunt se usque uersus molendinum, situm infra uillam Wpychar uersus Lychen, ad partem finistram tangentes nemus dicte ciuitatis Lychen et inde ascendentes per superiorem partem stagni Platekouue usque ad metas uille Placht et inde in dexteram partem circumtrahuntur tangentes terminos eiusdem uille Placht et inde per metas uille Denfouue usque ad lacum palustrem, cuius pars dimidia per longum terminis uille Rudouue proxima ad eandem uillam dinoscitur pertinere. Termini autem uille Rudouue, inde ascendentes uersus terminos uille Crampiz usque ad stagnum, quod etiam Crampiz dicitur, predicto lacu usque ad obulam, et uille Bredereyke terminis concluduntur. Item predicto Abbati et suo conuentui Lenynenfi pro constructione dicti Cenobii Celiporte quinque chororum filiginis in molendino inter Bredereyke et Redelendorph sito, et dimidii molendini in Stolp et dimidii chori filiginis in molendino Scherpingmoln proprietatem pro numero et taxatione pecunie supradicte uendidimus cum nostro ac nostrorum uerorum heredum consensu, Absque omni precaria, exactione qualibet, angaria et perangaria et sine quolibet seruitio curruum seu uectigalium, quocunque nomine censeatur, et omni seruitio communi atque speciali, absque qualibet etiam ordinaria petitione seu impetitione, que per nos aut per nostros officiales, aduocatos uel bodellos temera presumptione fieri obliuione aut negligentia contingeret, cum omnibus bonis ac uillis prenominatis recto proprietatis titulo possidendam pacifice et quiete perpetuis temporibus et habendam. Insuper etiam uendidimus sepedicto conuentui proprietatem stagni Crampiz cum proprietate sex stagnorum propriis nominibus carentium, que in predictorum agrorum terminis continentur, Renunciantes simpliciter omni iuri et proprietati, quam in eisdem bonis dinoscimur hactenus habuisse, Ita quod nec in omnibus bonis premissis aliquid iuris aut proprietatis amplius nobis aut cuiquam heredum nostrorum poterimus uendicare. Volentes etiam, quod nec nos, nec aliquis successorum nostrorum aut quisquis officialium nostrorum, qui nunc sunt seu processu temporis fuerint, in eisdem bonis dicte Ecclesie Celiporte in quacunque causa criminali uel ciuili ullam indicandi de cetero in perpetuum habeant potestatem. Ne autem super his in posterum cuiquam dubium ualeat suboriri, presentes literas super eo editas, duximus nostrorum appensione sigillorum proinde roborandas, presentibus testibus idoneis, Viris nostris fidelibus Conrado de Redere, Henrico de Steghelitz et Nicolao de Buec, nostre curie Dapiferis, Johanne de Sydouue, Gryphecone et Ludolpho de Arnestorp, militibus, Henrico, preposito in Granzoy, Johanne de Hardsdorp et Euerhardo, nostre curie Capellanis, ac quampluribus aliis fide dignis. Actum et datum in Werbelin, Anno domini Millesimo CCC^o septimo, in Craftino beati Valentini martiris, Decimo quinto Kalendas Marci, Luna IX, Indictione XV, Epacta V, concurrente VI.

Dass dise obgesatzte Copej von mir obgeschriebenen Notarj Erasmo Seydeln geburlichen Auscultiret vnd Colationiret sey, Auch mit Irem Rechten Original allenthalben vbereyntrefte, Dass bezeuge Ich mit Diser meynen eygenen Handschrift.

X. Ein Brief Marggraf Woldemars, darin er dem Closter Himmelforth den Calkofen zu Storkow vnd den Eygenthumb an den Dorffern Redeltorp und Zofne voreygenett.

In nomine Domini Amen. Cum operationes hominum quantumcunque licet legales, obliuiofa cecitas confueta fit deducere in errorem, fi ipsis non succuritur remedio fcripturarum folemni, et in hiis ubi maius uertitur periculum, puta que ad diuini numinis cultum fpectant, merito cautius eft agendum; Inde igitur eft, quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgenfis et Lu-facienfis Marchio, per prefentes literas Recognofcimus publice et in noticiam deducimus tam prefentis uite hominibus, quam future, quod plena et matura deliberatione prehabita dedimus et prefentibus literis donatione donamus fincera deuotis in Chrifto perfonis Abbati et conuentui Porte Celi, nec non ipfi monafterio fornacem calcis in uilla Storkouue cum omni ufu, commodo et utilitate perpetuo proprietatis titulo pacifice poffidendam. Poffunt quoque ipfi fratres ligna colligere iacientia quelibet etiam uento ewfa et ubilibet circunquaue ad quoflibet ufus neceffarios, nec in eo debent aliquatenus impediri, calcem etiam et terram pro lateribus fodere poffunt in omni loco campi, uel in platea, uel quibuslibet aliis locis, ubi eam reppererint, licite nec proinde debent ab aliquo inquietari. Dedimus infuper fratribus eifdem et monafterio proprietatem quatuor manforum in uilla predicta, quos colent libere ab onere precarie et feruitii cuiuslibet abfolutos nec plures ibidem manfos ullo umquam tempore comparabunt. Tenebuntur tamen ad queque ciuilia uille predictae confueta, nec fpecialem pecorum gregem habebunt ibidem, fed fimul ipforum pecora inter ciuium pecora minabuntur et in reftaurum, fi calcem uel terram in campis uille predictae adiacentibus uel in curiis ciuium inuenerint et foderint, dimiffimus et per prefentes literas dimittimus ciues uille predictae prefentes et futuros a precaria frumenti perpetuo abfolutos. Preterea dedimus et donamus donatione pura fratribus ipsis et monafterio proprietatem harum uillarum, fcilicet Redeltorpe et Zofne in omnibus fuis metis et cum uniuerfis lignis, mericis ac aliis quibuscunq; ad ipfas fpectantibus, fiue in agris, fiue pascuis, perpetuis temporibus duraturam, Renunciantes folem-niter et exprefse Vniuerfis predictis et eorum cuilibet poffeffioni et proprietati ac omni iuri, Si quod nobis etiam poffet competere in futurum, quoad nos, heredes nostros, nec non quoflibet noftri Domini fucceffores, Volumus etiam predictas uillas ab onere precarie fore immunes. Proinde dicti monachi pro fe et pofteris fuis dimiferunt nos, nostros, nostrosque heredes folutos ab omni damno et contumelia monafterio et curiis fuis per nos et nostros illatis in noftra Guerra proxime preterita de ipforum libera uoluntate. Huius rei testes funt: Nobilis uir Guntherus, Comes de keuernbergk, Conradus de Redere, Henningus de Blankenborch, Arnoldus Sak, Haffo de Wedel, milites; Sloteko, noftræ curie Dapifer, Henricus, Decanus Stendalgenfis Ecclefie, Euerardus Stolpenfis, Segerus, Stendalgenfis prepoſiti, noftri Cappellani, cum aliis pluribus fide dignis. In quorum nihilominus teſtimonium fingulare noſtro ſigillo muniri iuſſimus prefens ſcriptum. Datum Turglone, Anno domini Milleſimo Trecentefimo ſeptimo decimo, in die beatorum Philippi et Jacobi Apottolorum.

Dise Copey Iſt von mir obgeſetzten Notarien Erasm. Seydeln mit Ihrem Rechten Original auſcultiret vnd Col-lationret; vnd iſt demſelben allenthalben gleichlautend, Dass Bezeuge Ich mit Diſer meiner eygen Handſchrift.

XI. Ein Kauffbrieff Marggraff Otten vnd Marg. Woldemarſ vber die Dorffer Stolp, Bredereike, Rudow vnd Tangerſdorff, ſampt fünf Wiſpeln Weitzen In der Mollen Zwiſchen Bredereike vnd Redelſtorff gelegen vnd der Halben Mollen zu Stolp.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Amen. Otto et Woldemarus, Dei gratia Brandenburgens, Landenbergens et Lusacens Marchiones, Vniuersi Christi fidelibus presens scriptum uisuris salutem in eo, qui est omnium uera salus. Necessaria est rerum gestarum descriptio, ne posterius obliuione moti denegare ualeant maturo priorum consilio stabilita. Eapropter constare uolumus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, Quod honorabili uiro domino Johanni, Abbati in Lhenyn, pro constructione noui Cenobii, quod Celiporta dicitur, Vendidimus has quatuor uillas Videlicet Stolp, Bredereyke, Rudouu et Tangerſdorp, quas quondam Redekinus, de Redere dictus, a nobis in pseudo tenuit, cum omnibus suis pertinentijs, scilicet agris cultis et incultis, aquis, piscationibus, uis et inuis, lignis, pratis, pascuis, areis ac ceteris alijs prouentibus ad eandem spectantibus, cum quibus etiam eidem Abati uendidimus quinque choros siliginis in molendino inter Bredereyke et Redelendorp sito et medium molendinum in Stolp et dimidium choros siliginis in molendino Scherpingedorp cum proprietate predictorum omnium de nostro ac nostrorum uerorum heredum consensu, absque omni precaria, angaria et perangaria et sine quolibet seruitio curruum seu uectigalium, quocumque nomine cenſeatur, ac etiam absque omni ordinaria petitione seu impetitione, que per nos aut per nostros officiales, Aduacatos uel bodellos temera presumptione fieri obliuione aut negligentia contingeret, iusto proprietatis titulo possidendas pacifice et quiete perpetuis temporibus et habendas, renunciantes simpliciter omni iuri et proprietati, quam in eisdem hactenus dinoscimur habuisse. Dedimus etiam ac donamus ipsi proprietatem stagni Crampiz cum proprietate sex stagnorum paruulorum innominatorum, Ita quod in his atque in premissis omnibus de cetero nihil iuris et proprietatis poterimus uendicare nobis aut cuiquam nostrorum heredum. Ne autem super his in posterum cuipiam dubium ualeat suboriri, presentes literas super eo editas duximus nostrorum sigillorum appensionibus roborandas, presentibus testibus idoneis, uiris nostris fidelibus: Conrado de Redere, Henrico de Stegelitz et Nicolao de Bwc, nostre curie Dapiferis, Johanne de Sydouue, Gryphecone et Ludolpho de Arnedorp, militibus, Henrico, preposito in Granſoy, Johanne de Hardsdorp et Guerhardo, nostre curie Cappellanis, ac quampluribus alijs fide dignis. Actum et datum in Werbelin, Anno domini Milleſimo trecentesimo septimo, in Craſtino beati Valentini martiris.

Collatinata est hec presens Copia per me Eras. Seydell et concordat cum suo uero Originali, quod attestor hac mea manu propria.

XII. Einn Kauffbrieff Marggraf Woldemarſ, In Vormundtschafft Marggraf Johanſen etc., darin er dem Cloſter Himmelpforten verkaufft die Mollen zwiſchen Redelſtorff vnd Bredereyke vor 230 Mark Brandenburgiſch Wehrung. Zu diſer Mollen werden auch etzliche Pawren vnd Dorſſchaften verpflichtet, wi daraus ferner Zu erſehen.

In nomine Domini Amen. Ne ea, que aguntur in tempore, ſimul cum tempore ab hominum memoria dilabantur, expedit eadem ſaltem literarum teſtimonio in noticiam deducere poſteriorum.

Hinc est, quod nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis, Lufacie et de Landelberch Marchio, Tutorque illustris Johannis, Marchionis de Brandenborch, recognoscimus uniuersis et singulis tam presentibus quam futuris presens scriptum uisuris, quod Monasterio Celiporte nec non fratribus inibi Deo famulantibus ordinis Cytherciensis uendidimus, dimisimus, Quin immo presentibus dedimus et donamus donatione libera pro numerata pecunia, quam nobis dicti fratres rationabiliter ex toto persoluerunt, uidelicet Ducentis et XXX marcis argenti et ponderis Brandenburgensis, molendinum inter Redelftorp et Bredereyke uillas situm cum pheodo et proprietate, cum omni iure et utilitate et libertate, ab omni exactione, seruitio et precaria liberum, sine cuiusuis molestia et inquietatione possidendum perpetuo et habendum. In cuius uenditionis et emptionis contractu prefatos fratres de predicta pecunia dimisimus et presentibus dimitimus quietos, liberos et solutos, renunciantes ipsi molendino, prouentibus et iuribus uniuersis, quoad nos et heredes nostros renuntiatione debita et consueta. Volentes etiam, ut uillani Villarum scilicet Redelftorp, Quualtzouue, Blumenowe et Zozene ad dictum molendinum, non alibi, molere teneantur. In horum omnium et singulorum euidenciam plenierem presentes literas dari et sigilli nostri munimine de nostra certa scientia iussimus roborari. Testes huius facti sunt: Illustris dominus Albertus, Comes de Anholt, Guntherus, Comes de Keuernberch, Henningus de Blanckenborch, Nicolaus de Buk, Johannes de Bentz, milites; Dominus Henricus, prepositus de Grandzoy, Sloteko et Hermannus, Clerici, et quamplures alii satis digni. Actum et Datum in Liewenuualde, Anno domini M^o CCC^o nono, feria tertia post diem Beati Nicolai, Episcopi et Confessoris.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me Erasmum Seydell, supradictum Notarium, et concordat cum suo uero originali uerbotenus, quod attestor hoc meo Chyrographo.

XIII. Ein Briue Hern Heinrichs Zu Mekelnburk vnd Stargardt, darinne er dem Closter himelpfort verkaufft den Eigenthumb des Dorffs Reutenberk vnd der Pacht In der Hymelpfortischen Mollen für 100 Mark Brandenbg. Silberfs.

In nomine Domini Amen. Nos Hinricus, Dei gratia Mechelburgensis et Stargardie dominus, Recognoscimus et tenore presentium Vniuersis ac singulis uolumus esse notum, Quod maturo et sano nostrorum secretorum ducti consilio, iuste et rationabiliter pro centum marcis argenti Brandenburgensis nobis omnimodo persolutis, Vendidimus Domino Abbati Claustris Celiporte, Theutonice Hemelpporten dicti, et sue Ecclesie proprietatem uille Rutenberge et proprietatem reddituum unius talenti in molendino, quod Hemelrikekse mölne dicitur, Ita uidelicet quod nec nos, nec nostri heredes huius in posterum a predicto Abbate uel a sua Ecclesia repetere possumus seu debemus proprietatem. Vt autem hec rata et inconuulsa perpetuis temporibus perseuerent, presentem literam ei dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes sunt milites et Secretarii nostri: Willekinus Soneke senior, Bernardus de Peccatel, Buffo de Dolla, Theodorus de Ortzen, Vicko Mundt, Gerardus Bertekouue, Wedekinus et Vicko de Plote, Eghardus de Deuuitz, Hinricus Krowel, Aduocatus in Lychen, et quamplures alii fide

digni. Datum Nien Brandemborch, Anno domini Millefimo Trecentesimo nono, feria tertia ante festum Apostolorum Philippi et Jacobi.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me supradictum Notarium Erasm. Seydell et concordat cum suo vero originali de verbo ad verbum, quod attestor hoc meo Chyrogapho.

XIV. Eine Zolfsbefreybung Marggraff Woldemarfs u. f. w., darinne er das Closter mitt allen Iren gütern, fonderlich Mollenstein vnd Saltze zolfrei zu handeln vnd wandeln priuilegieret vnd begiftiget.

Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, fidelibus suis consulis ciuitatum, Thelonariis aut officialibus vbilibet constitutis, quibuscunque presens litera exhibita fuerit, gratiam et salutem. Nolumus uos latere, quod fratribus Cysterficiensis ordinis in Cenobio Hemelporte deo famulantibus dimisimus et per presentes literas dimittimus Thelonium ita sane, quod ex nunc et in perpetuum Terram nostram circumquaque transire pro iporum commodo poterunt Absque omni Thelonii erogatione. Mandamus igitur uobis districtissime per hec scripta, quatenus de predictorum fratrum bonis quibuscunque etiam et precipue de molaribus et Sale, de cetero nullum Thelonium exigatis, Eo quod sepedictos fratres propter salutem animarum nostre et progenitorum nostrorum perpetuo ab omni Thelonio solutos esse uolumus et exemptos. Datum Spandouu, Anno domini M^o CCC^o septimo decimo, feria secunda infra octauam Paschatis.

Auscultata et collationata est hec presens copia cum suo vero originali sigillato et incorrupto per me sepedictum Notarium Erasmum Seidell; et concordat cum eodem de verbo ad verbum, quod attestor hac mea manu propria.

XV. Ein Vorfchreybung Marggraf Woldemarfs vber das Dorff Summerfelt, welchs er dem Closter himmelporten zueignet mit aller Zugeherung, freiheit vnd gerechtikeit, vnd macht auch darinne eine grenitz, Wie hirunten Zu ersehen.

In nomine Domini Amen. Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, presentibus publice recognoscimus, quod dedimus uiris religiosis Abbati et Conuentui Porteceli proprietatem uille Sommeruelde cum omnibus pertinentiis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus et lignis, quorum omnium terminos sic distinguimus et ordinamus: Inprimis a fossa molendini usque ad metam, que dicitur Lindthorft, a qua meta usque ad breuem aggerem, A quo usque ad flumen, A flumine usque ad longam arborem, que dicitur Lange Epe, que distinctio ad predictam uillam perpetue pertinebit. Predictam uillam donauimus dicto conuentui cum omni iure et libertate, sine seruitio et precaria qualibet possidendam, pro damno eis et Curis eorum in Guerra proxime preterita a nobis illato, non obstantibus illis bonis, que antea iisdem fratribus pro eodem damno contulimus et quibus tunc non satisfecimus, ut timemus, hac donatione nunc duximus adimplere. Testes igitur huius rei sunt: nobilis uir Guntherus, Comes de Keuernberch, Conradus de Redere, Haffo de Wedell, Redekinus, Marscalcus, milites, Sloteko, nostre curie Dapifer, Henricus, Decanus Stendalensis Ecclesie, alii plures

fide digni. In quorum testimonium prefens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Datum Turglouu, Anno Domini Millefimo Trecentesimo Decimo Octauo, in die Inuentionis sancte Crucis.

Auscultata et collationata est hec presens Copia cum suo vero originali et concordat cum eo de verbo ad verbum, quod attestor ego supradictus Notarius hoc meo chyrographo.

XVI. Ein Vorfchreybung Tydeke Kerkowfs, darinne er seine Pawren zu Malendorff vonwegen eyner zugefügten gewaldten in dem Clofter verpflichtet zu haltung des Scherpingfidsams, So das sie nirgent hin zur Molle fharen sollen, Dan Zu der Scherfins oder Brufenwolder Molle.

In nomine Domini Amen. Nos Dominus Tydeke de Kerkouu ad publicam noticiam omnium deducimus per hec scripta, Quia pro uiolentia et damno illato conuentui Celiporte a uillanis nostris de Malendorp, uidelicet Molendinum, quod Scherpinghefmoln dicitur, uiolenter destruendo, eosdem uillanos de Malendorp, ipsis beniuole consentientibus, perpetuis temporibus obligamus ad infra scripta: Inprimis quod aggerem, qui Scherpingfdam dicitur, suis laboribus et propriis sumptibus sine contradictione cuiuscunque, quotienscunque necesse fuerit, coadiuuent reficere et iugiter reparare usque ad locum, qui Scherpingfuerder theutonice nominatur. Item ut ad molendinum, quod Scherpingefmoln dicitur, ab eis uiolenter nunc contractum uel ad prope situm, quod Brufenuuolde mölne dicitur, cumprimum reedificatum nouum fuerit, molere perpetue debeant et teneantur, nec ad alia molendina molendi gratia annonam suam deducere audeant uel presumant. Insuper ut colli haberi possit copia pro reparatione utriusque aggeris, scilicet Scherpinghesdam et Brufenwolderdam, et ad alios usus molendinorum predictorum de loco, qui Scherpingswerder dicitur, prius dicto perpetuam et liberam damus et concedimus facultatem. Si uero post mortem nostram aliquis memoratos uillanos de Malendorp prohibuerit ab aliquo suprascripto, ex tunc quidquid per uiolentiam ipsi meruerint, sicut ex nunc iusticialiter sustinebunt. In horum ergo omnium euidentis et perpetuum testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum, presentibus idoneis testibus: domino Petro de Wuthennouu, preposito sanctimonialium in Boytzeneburch, et domino Johanne, plebano in Warte, aliisque pluribus fide dignis. Datum in Boytzeneburch, sub annis incarnationis domini Millefimo trecentesimo XXX, in die palmarum.

Collationata est hec Copia et concordat cum suo originali de Verbo ad verbum, quod attestor ego Erasm. Seidell supradictus No. pub. hoc meo Chyrographo.

XVII. Her Ditterich von kerkow verkauft dem Clofter Himmelforten den Sehe Plattekow für XVII Pfundt vnd xxij Mark Brandenburgisches Silberfs etc. mit allen Rechten vnd gerechtickheit.

In nomine Dominj Amen. Cum omnia, que aguntur in tempore, simul a memoria hominum cum tempore dilabuntur, Expediit ut Acta hominum memorie digna literis autenticis et diu ualentibus firmissime roborentur. Nos igitur Dominus Theodoricus de Kerckouu tenore presentium

publice protestamur, quod matura deliberatione prehabita de consensu filiorum nostrorum, Videlicet Petri et Georgii ceterorumque heredum nostrorum iuste et rationabiliter uendidimus domino Abbati Conuentuique Celiporte stagnum Platekouu cum piscationibus et utilitatibus quibuslibet et dominio ac omni iure, et generaliter cum omnibus et per omnia, quemadmodum prefatum stagnum possedimus, predictae Ecclesiae dimittimus et presentibus literis resignamus, renunciantes simpliciter et expresse una cum filiis nostris prenominatis, quoad nos nostrosque heredes in perpetuum omni iure et omnibus, que possent nobis uel nostris heredibus in iam dicto stagno competere in futurum et hec cuncta et singula ad sepedictam Ecclesiam transferimus, libertate etiam plenaria perpetuis temporibus possidenda, Predictis addicentes: quod si aliquis uel aliqui eandem ecclesiam super eodem stagno impetierint uel inquietauerint, nos eam indemnem promittimus conseruare et priuilegia Marchionum nobis super hoc stagno concessa uacua et irrita presentibus proclamamus. Pro quibus omnibus sepedictus dominus Abbas cum suo conuentu nobis decem et septem talenta Brandenburgensium denariorum et uiginti duas marcas argenti Brandenburgensis penitus perfoluerunt eosque quitos testamur dimittimusque solutos. Propterea literas domini nostri Marchionis Brandenburgensis super plena proprietate stagni Platekouu prefate ecclesiae nos filiique nostri, scilicet Petrus et Georgius, una cum fideiussoribus nostris: Tzabello de Kreuuitze, Henningho Kruse, prefecto in Clauuefhaghen, Ludolpho Ditmari permittimus ordinandas et presentandas literas per presentes. In horum testimonium nostrum sigillum filiique nostri Georgij presentibus est appensum. Testes huius sunt: Dominus prepositus Bernhardus in Boytzenborgk, Petrus, dictus de Wutenow, Dominus Nicolaus de Schonenbeke, plebanus in Golmitze, sacerdotes, Ludolphus de Deuuitze, Gherardus de Erichleue, milites, et alij plures fide digni. Datum et actum in Castro Boytzenborch, Anno domini Millesimo trecentesimo XXX, in die Palmarum.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me Eras. Seidell Notarium publicum supradictum et concordat cum suo uero originali uerbotenus, quod attestor hac mea manu propria.

XVIII. Ein brieff Marggraf Ludwigs Zu Brandenburg Darinne er dem Closter Hymmelpforten den nechstgenannten Sehe Plattekow mitt aller Obrikheit vnd allen Rechten u. f. w., obersten vnd Nidersten, voreigenet vnd Abtritt.

In nomine Dominj Amen. Nos Lodeuicus, de j gratia Marchio Brandenburgensis et Lusacie, Comes palentinus Reni, dux Bauarie, nec non summj imperij Archicamerarius, tenore presentium publice recognoscimus et testamur, quod maturo nostrorum secretorum consilio prehabito diligentj, diuine renumerationis intuitu dedimus et presentibus literis donamus Ecclesiae Celiporte fratribusque ibidem Deo seruientibus proprietatem stagni, quod theutonice dicitur Platekow cum omni iure superiore et inferiore, cum piscationibus utilitatibusque quibuslibet, cum prouentibus, cum metis et distinctionibus suis, cum meatibus et decursibus et terminis suis, et generaliter cum omnibus et per omnia, quemadmodum predictum stagnum Platekouu possedimus, prefate Ecclesiae dedimus et donamus iusto proprietatis ac libertatis titulo, liberum perpetuis temporibus paciter et exemptum, Renunciantes solemniter et expresse omnibus supranominatis et

singulis, nihil iuris nobis nostrisque successoribus in pretaxato stagno Platekouu referuantes. Vt autem hec nostra gratia seu donatio sepe dicte Ecclesie Celiporte facta a nobis et nostris successoribus perpetue firma, stabilis et inconulsa perseveret, presentem paginam ex certa nostra scientia nostrj sigillj appensione fratribus memorate Ecclesie dedimus firmiter communitam, presentibus testibus idoneis ad hec specialiter uocatis et rogatis, scilicet: Venerabilj domino Ludouuico, Episcopo Brandenburgensij, Nobilj uiro Gunthero, Comite de Lyndouu, Hinrico de Stegelitz, Thyderico de Kerkouu, Hinrico de Sydouu, militibus, Hermanno de Luchow, nostro notario, et quampluribus alijs fide dignis. Datum et actum in Noua ciuitate nostra Brandenburg, Anno dominj M^o. CCC^o. XXX^o., feria quinta infra octauam Pasche.

Auscultata et collationata est hec Copia et Concordat cum suo vero originalj de verbo ad verbum, quod attestor ego Erasmus Seidell, supradictus Notarius, hoc meo Chyroglypho.

XIX. Ein Vidimus Bischoff Ludewigs Zu Brandenburg vber Marggraff Albrechts fundation des Closters vnd desselben Zugeeigenten gütern; Weill aber das Original diser Vorbeschreibung hiroben Zu befinden, hat man dieselbe alhier aufgelassen.

Nos Ludeuicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, Tenore presentium publice recognoscimus et testamur, Quod literas generosi principis domini Alberti, quondam Marchionis felicitis memorie, ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non raras, nec in aliqua sui parte uiciatas, Vidimus pariter et audiuimus de verbo ad uerbum in hunc modum. In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Licet omnis spiritus laudare dominum teneatur, Amplius tamen hii, qui de abundantia pietatis eius amplius acceperunt. Nos igitur Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus publice per presentes, Quod de donis altissimi nobis temporaliter et cet., vnd volget nun der text von wort Zu wort, wi Im Original, welchs hiroben No. I. auch von wort Zu wort also Zu befinden. Datum Euerwalde, Anno domini M^o. CC^o. Nonagesimo nono, in die Beate Catharine, Virginis et martiris gloriose. —

In huius igitur rei euidentis et perpetuum testimonium nostre ueritatis inditium presentibus est appensum. Actum et datum Scrapedorpe, presentibus testibus idoneis: Cappellanis, militibus et Vasallis nostris, Anno domini M^o. CCC^o. XXX^o., in die Beati Barnabe apostoli. —

Dass dise Vidimus Copei Collationiret vnd auscultiret vnd mitt Irem Original gleichlautend sey, dass betzeuge Ich obgesatzter Notari mit Diser Meiner handschrift.

XX. Marggraff Ludwigs Zu Brandenburg, Churfürst vnd Pfaltzgrawen Bey Reyn u. s. w. kauffbriefe vber das dorff Storkow, dauor Im das Closter geben hat Ein hundert vnd Zehen Mark Brandenburgisch Silbers.

In nomine Dominj Amen. Nos Ludouuicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Reni, dux Bauarie sacrique Romani imperii Archi-

camerarius, Recognitione publica protestamur, quod matura deliberatione prehabita et nostrorum secretariorum ducti consilio, iuste et rationabiliter uendidimus uiris religiosis Abbati et conuentui Monasterii Celiporte pro centum et decem marcis argenti Brandenburgensis, nobis omnimode persolutis, proprietatem uille Storkouu iuxta Templien site et precariam denariorum in eadem uilla, que ad nos hucusque pertinuit, cum omnibus suis pertinentiis, agris cultis et incultis, pascuis, pratis, lignis, nemoribus, paludibus, siluis, rabis, stagnis, aquis, aquarum decursibus, fluentis, cum omnibus metis, terminis ac distinctionibus suis et simpliciter cum omni iure et consuetudinibus, quibus ciues dicte uille Storkouu temporibus antiquorum dominorum Marchionum uti consueuerunt, sicut uti graminibus in palude, que dicitur Louuenbruck, et pascuis in merica cum lignis iacentibus, etiam proprietatem cuiusdam stagni, quod Krempi dicitur, siti inter uillam Bartoldeisdorp et Storkouu, Renunciantes predictis omnibus et singulis simpliciter et expresse et omni iuri et dominio ac iurisdictioni, quoad nos et heredes nostros ac quoslibet domini nostri successores in perpetuum, Prohibentes omnes nostros officios, Dapiferos, Aduocatos et bodellos, uel quocunque alio nomine censeantur, ne predictos uiros religiosos aut ciues uille eiusdem aliqua exactione pecorum uel qualicunque precaria seu seruitio curruum aut qualicunque molestia inquietent aut perturbent, Adicientes quod si contractus uenditionis pretacte per receptionem precarie aut alium modum quemcunque per nos, heredes aut successores nostros quomodolibet interruptus fuerit, Ex tunc nos et ipsi ad restitutionem pecunie quantitatis prenotate per Abbatem et Capitulum prenotatum recipiende tenebimur et finaliter tenebuntur. In cuius rei testimonium presentes conferri sigillique nostri appensi munimine iussimus communiri. Testes huius sunt: strenui milites Henricus de Yfoltzried, marscalcus noster, Alemannus de Degenbergk, chamere nostre Magister, Bechtikinus de Wildtberch, dapifer, Henricus de Buch, secretarii nostri dilecti, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Spandou, Anno domini M^o CCC^o tricesimo quinto, in die beati Marcelli.

Dass dise Copej mit Irem Rechten Original Auscultieret, Collationiret vnd demselben allenthalben gleichlautend sei, Dass Betzeuge Ich Erasmus Seydell, obgenanter Notari, mit Diser meiner Handschrift.

XXI. Ein vidimus Bischoffs Ludwigs von Brandenburk u. s. w. von Marggraff Woldemars brief, welches Original hiroben Numero X zu befindenn.

Ludouuicus, Dei gratia Brandemburgensis Ecclesie Episcopus, Tenore presentium recognoscimus publice et testamur, Quod literas domini Woldemari, quondam Marchionis felicis memorie, ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non rasas, nec in aliqua sui parte uiciatas uidimus et de uerbo ad uerbum legimus in hunc modum: In nomine Domini Amen. Cum operationes hominum quantumcunque licet legales obliuiosa cecitas consueta sit deducere in errorem, si ipsis non occurritur remedio scripturarum solemnium etc. Volget der Inhalt dises Briefes, wi oben Im Original No. X Von wort Zu wort zu befinden.

In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Scrapsdorpp, Anno domini M^o CCC^o XXXV^o, Dominica, qua cantatur Jubilate.

Dass dise Vidimus Copei mit Irem Original Collationiret vnd demselben gleichlautend sey, Dass Betzeuge Ich Erasmus Seydell, obgesatzter Notarij, mit diser meiner eigen Handschrift.

XXII. Ein Vidimus Bischoff Ludwigs zu Brandenburg u. f. w. von dem nechstobgefatzen Marggraf Ludwigs zu Brandenburg u. f. w. brief vber das Dorf Storkow, mitt XX Numeriret.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, Tenore presentium publice recognoscimus et testamur, Quod literas generosi principis Domini Lodeuici, Marchionis, ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non raras, nec in aliqua parte uitiatas, Vidimus et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum: In nomine domini Amen. Nos Lodeuicus, dei gratia Brandemburgensis et Lusacie Marchio, Comes palatinus Rheni, dux Bavarie sacrique Romani imperii Archicamerarius, recognitione publica protestamur, quod matura deliberatione prehabita et nostrorum secretariorum ducti consilio iuste et rationabiliter uendidimus uiris religiosi Abbati et conuentui Monasterii Celiporte pro centum et decem marcis argenti Brandemburgensis, nobis omnimode persolutis, proprietatem uille Storkow etc. Volget nun der Inhalt weiter von wort zu wort, wi hiernechst Im Original No. XX zu befinden.

In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Scrapdorpp, Anno domini M^o CCC^o XXXV^o, Dominica, qua cantatur Jubilate.

Dass dise Vidimus Copej mit Irem Originall Auscultiret, Collationiret vnd demselbenn allenthalben gleichlautend sei, Dass Bezeuge Ich Erasmus Seydell, obgenanter Notarj, mit diser meiner eigen handschrift.

XXIII. Ein Vidimus Bischoff Ludwigs zu Brandenburg von einem vertragsbrief der Statt Fürstenberch Mit dem Closter Himmelpforten, der Heyde halben, Zwischen der Obell vnd dem Dorff Garlyn gelegen, vffgericht.

Ludouicus, dei gratia Brandemburgensis Ecclesie Episcopus, Tenore presentium publice recognoscimus et testamur, quod literas consulum ac ciuium ciuitatis Vorstenberch ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non raras, nec in aliqua sui parte uitiatas uidimus et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum: Nos consules Vniuersique ciues ciuitatis Vorstenberch in noticiam deuenire uolumus singulorum, Quod cum domino Abbate Celiporte sui que conuentus unanimi accedente consensu, taliter placitauius et conuenimus cum eodem, ut mericam supra molendinum Vorstenberch sitam, ex una parte obolam et ex altera metas uille Garlyn attingentem, quam actenus in pastum habuimus animalium, ad proprietatem Ecclesie Celiporte pertinentem, deinceps arare nobis liceat et feminare, ipsi Ecclesie Celiporte in censum perpetuum triginta solidos denariorum Brandemburgensium promissimus soluturos, Ita sane quod in natali domini unum talentum et in carnispruiio decem solidos soluere teneamur. Insuper fatemur, eosdem fratres in eadem merica altam iusticiam, que uulgariter dicitur Ouersterichte, sibi sicut habuerant reseruasse. Et ut hec nostra conuentio, cum eodem conuentu facta, firma permaneat et inconuulsa, Testes adhibuimus Andream, aduocatum in Lieuenwolde, Nicolaum, prefectum in Vorstenberch, et alios quamplurimos fide dignos. Sigillum etiam nostre ciuitatis ad munimentum presentium duximus appendendum. Datum anno domini M^o CCC^o XVIII^o, sequenti die Marci Euangeliste.

In cuius rei evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Scrapf-
dorp, Anno domini M^o CCC^o XXXV^o, feria quarta post dominicam, qua cantatur Quafimodogeniti.

Dass dise obgeschriebene Copej mit Irem Rechten Original Auscultiret, Collationiret vnd demselben allenthal-
ben gleichlautendt sei, Dass Betzeuge Ich Erasmus Seidell, obgesetzter Notari, mit diser meiner eigen handschrift.

XXIV. Ein Vidimusbrieff Bischoff Ludwigs zu Brandenburk u. f. w. von Marggraff Otten vnd Marggraff Wol-
demarfs obgefatztem briefe, No. IX, den Eigenthumb der Dorfer Stolp, Bredereike, Rudo vnd Tangerfsdorff
belangendt.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, Tenore presentium
publice recognoscimus et testamur, quod literas Dominorum Ottonis et Woldemari, quondam
Marchionum felicitis memorie, ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non raras, nec in
aliqua sui parte uitiatas uidimus pariter et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum:

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Otto et Woldemarus, Dei gratia Bran-
denburgenses, Landesbergenses et Lufacienses Marchiones, Vniuersis Christi fidelibus
presens scriptum uisuris salutem in eo, qui est omnium uera salus, uirtus et uita. Labi potest cum
lapsu temporis quidquid disponitur, nisi literarum cautionibus etc. Volget der Inhalt weiter, wi In
seiner obgefatzten Original von Wort zu Wort zu erfuehenn.

In huius rei evidens et perpetuum testimonium nostre ueritatis inditium presentibus est ap-
pensum. Datum Scrapfstorpp, Anno domini M^o CCC^o XXXV^o, Dominica, qua cantatur Jubilate.

Dass dise Vidimus Copej mit Irem Original Collationiret, Auscultiret vnd demselben allenthalben gleichlautendt
sey, Dass bezeuge Ich obgesetzter Notari Erasmus Seydell mit Diser meiner eigen handschrift.

XXV. Ein Vidimus Bischoff Ludewigs zu Brandenburk u. f. w. von königk Albrechts Confirmation vnd
Schutzbrief defs Closter himmelpforten, so hiroben No. V zu befinden.

Ludouicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, tenore presentium
publice recognoscimus et testamur, Quod literas generosi principis domini Alberti, quondam Ro-
manorum regis felicitis memorie, ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non raras, nec
in aliqua parte uitiatas uidimus et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum:

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Albertus, Dei gratia Romanorum rex
semper Augustus, Vniuersis sacri Romani imperii fidelibus, presentem paginam inspecturis, gratiam
suam et omne bonum. Quoniam monasteriorum fundatores etc. Volgett der Inhalt weiter, wie hir-
oben In seinem Original von wort zu wort zu befinden.

In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Schrapfstorff,
Anno domini M^o CCC^o XXXV^o, feria quinta post Dominicam, qua cantatur misericordia domini.

Dass dise Vidimus Copej mit seinem Original von mir Erasmo Seydell, ehegeltem Notario Auscultiret, Col-
lationiret vnd demselben allenthalben gleichlautendt ist, Dass bezeuge Ich mit diser meiner eigen handschrift.

XXVI. Ein Vidimus Bischoff Ludwigs zu Brandenburk, von Marggraff Woldemars brieff vber die Molle Zwufchenn Redelstorff vnd Bredereike, Welchs Original hiroben mit XII gemerket ist.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, tenore presentium publice recognoscimus et testamur, Quod literas domini Woldemari, quondam Marchionis felicis memorie, ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non raras, nec in aliqua sui parte uitiatas uidimus et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum:

In nomine Domini Amen. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum tempore ab hominum memoria dilabantur, Expediit eadem saltem literarum testimonio in noticiam deducere posterorum. Hinc est quod nos Woldemarus, dei gratia Brandemburgensis, Lufatie et Landfbergensis marchio, Tutorque illustris Johannis, Marchionis de Brandenborch, Recognoscimus uniuersis et singulis tam presentibus quam futuris etc. Volget nun der Inhalt weitter bis zu ende defs obgefatzten Originals.

In huius igitur rei euidentis testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Scrapstorpp, Anno domini M^o. CCC^o. XXXV^o., feria quinta post dominicam, qua cantatur misericordia domini.

Dise Vidimus Copei ist mit Irem Original durch mich Erasmus Seydell, obgesatzten Notari Auscultiret vnd Collationiret vnd vergleicht sich mit demselben Allenthalben; dass Bezeuge Ich mit diser meiner eigenen handschrift.

XXVII. Ein Vidimus Bischoff Ludwigs zu Brandenburk u. f. w. von Hern Heynrichs vonn Mekelburk brieffe vber dafs dorff Rutenberg, welcher hieroben Numero XIII zu befinden.

Ludouicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, tenore presentium publice recognoscimus et testamur, Quod literas domini Henrici, quondam Mychelburgensis felicis memorie, ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non raras, nec in aliqua sui parte uitiatas uidimus pariter et legimus de uerbo ad uerbum in hunc modum:

In nomine domini Amen. Nos Hinricus, Mychelburgensis et Stargardie dominus, Recognoscimus et tenore presentium uniuersis ac singulis uolumus esse notum, quod maturo et sano nostrorum secretorum ducti consilio, iuste et rationabiliter pro centum marcis argenti Brandenburgensis nobis omnimode perfolutis Vendidimus Domino Abbati Claustri Celiporte, theutonice Hemelporten dicti, et sue Ecclesie proprietatem uille Rutenberghe etc., vnd volget der Inhalt von wort zu wort bis zu ende, wie in dem obgefatzten Original.

In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Scrapstorpp, Anno domini M^o. CCC^o. XXXV^o., feria quinta post dominicam, qua cantatur Misericordia domini.

Dass dise Vidimus Copei mit Irem Original Collationiret, Auscultiret vnd demselben allenthalben gleichlautend sey, dass betzeuge Ich Erasmus Seydel, ehgenannter Notari mit diser meiner Handschrift.

XXVIII. Ein General Confirmation Babfts Benedicti des XII Aller vnd Itzlicher des Closterfs Hymmelpforten geistlichen vnd weltlichen Indulten vnd Priuilegien, die sie von geistlicher odder weltlicher Obrigkeit erlangett.

Benedictus, Episcopus, seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Abbati et conuentui monasterii in Celiporta, Cysterchienfis ordinis, Brandenburgensis dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis uotis et honestis petentium precibus fauorem beniuolum imperitari. Eapropter dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, siue per priuilegia uel alias indulgentias uobis et monasterio uestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus rationabiliter uobis indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem monasterio autoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Auinioni, Idibus Aprilis, pontificatus nostri Anno secundo.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia per me Erasmum Seydell, supradictum Notarium publicum et concordat cum suo uero originali de uerbo ad uerbum, quod attestor hac mea manu propria.

XXIX. Otto vnd Henning Kratz vnd Otto von Ellingen Bekennen Vnnd bezeugen In difem brief, das Irer Mutter Schwester Hern Ludolffs von Nawen Ritters Witwe, sambt Iren zween Sohnen, Ludolf vnd Nielaffen, dem Closter Hymmelpforten In Irem vnd anderer Beysein verkaufft haben die Obergerichte an Storkow sambt dem Halben stiefs dafelbst vor Sibentzehen Mark Silberfs u. f. w.

In nomine Domini Amen. Nos Otto Kratz, Hennigh Kratz, Otto de Ellinge presentibus publice recognoscimus et testamur, quod nostra matertera Mechtildis, relicta quondam domini Ludolphi, militis de Nawen, et sui filii, scilicet Ludolphus et Nicolaus, maturo consilio prehabito Hinrici Trift nostrorumque ac aliorum suorum amicorum, iuste et rationabiliter uendiderunt Reuerendo domino, domino Johanni, Abbati in Celiporta, suoque conuentui superius ius omne, quod hucusque ad eam et ad suos filios prefatos pertinuit, et omnia, que ratione illius superioris iuris eos tangere poterat in uilla Storkouu cum dimidio fluuio eiusdem uille pro decem et septem macris argenti. que ad natiuitatem domini pro media parte et ad festum Pasche proximum eisdem finaliter propagabunt. Et senior filius, uidelicet Ludolphus, iam habens annos plenos, cum matre predictum ius cum fluento ad manus predicti domini Johannis, Abbatis, ueri domini sui, nobis uidentibus, resignarunt, et ut prefati uiri religiosi in Celiporta ab impetitione maneat liberi, pro Nicolao, fratre Ludolphi, qui annos pubertatis nondum habet, cum ad annos legitimos peruenerit, nos eidem domino Johanni, Abbati, ratione sui monasterii, una cum Hinrico Trift, suo auunculo, promittimus literas per presentes, quod si, cum ad annos peruenerit, sepedictum ius cum fluento ad manus prefati domini Abbatis, qui pro tempore presuerit, non resignauerit, uel forte pretata bona, nunc rationabiliter uendita, impetierit, nos quatuor prefatam Ecclesiam a tali impetitione seruabimus indemnem penitus et illesam. In huius rei euidentis testi-

monium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Storckow, anno domini Millefimo CCC°. XXXVI°, sabbato ante Dominicam, qua cantatur Jubilate, presentibus testibus, Videlicet domino Wedegone, plebano ibidem, Johanne et Bethekino Scultetis, Bernardo, ciuibus in eadem uilla, et aliis pluribus ad hoc specialiter uocatis et rogatis.

Dass diser brief mit seinem Rechten Original Collationiret, Auscultiret vnd demselben allenthalben gleichlautend sey, dass hezeuge Ich obgesetzter Notari Erasm. Seydell mit diser Meiner handtschrift.

XXX. Ein brieff Bischoff Ludwigs zu Brandenburg u. s. w., darinne er dy Pfarre In dorff Bredereyke dem Closter Himmelpforten, Vmb mehrerfs auffnemens willen des Gottsdinfts dafelbst Incorporiert vnd Einuorleybett.

In nomine domini Amen. Nos Ludeuicus, Dei gratia Episcopus Brandenburgensis Ecclesie, omnibus presentem literam auditoris seu inspecturis salutem in domino. Licet omnibus ex officii nostri debito caritatis effectus et manus beneficentie, quantum preualemus, impendere teneamur, maxime tamen uiris religiosis, qui paupertatem uoluntariam elegerunt et diuinis obsequiis, quoad uixerint, exequendis se defouerunt, charitatis officium libentius impendimus et liberalius exhibemus. Hinc est quod nos de unanimi consensu prepositi et capituli nostri Viris religiosis quamplurimum nobis in Christo dilectis, monachis Cenobii Celiporte, Cysterficiensis ordinis, nostre Diocesis nouelle plantationis, ut in bonis et personis ad ampliandum cultum diuinum in melius proficiant et uberius inualecant, parrochialem Ecclesiam in Bredereyke, eiusdem Dyocesis nostre, cum omnibus suis pertinentiis incorporamus, ipsis liberaliter concedentes, quod fructus ipsius in usus suos conuertere ualeant, Ita tamen, quod ei, qui dictam pro tempore rexerit, portio congrua pro sustentatione et aliis omnibus supportandis relinquatur, nostro etiam et prepositi, in cuius prepositura dicta ecclesia esse dinoscitur Jure in omnibus semper saluo. In premissorum testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Et nos Theodoricus, Dei gratia prepositus, et capitulum dicte Brandenburgensis Ecclesie in signum nostri consensus sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Actum et datum Brandenburgi, Anno domini M°. CCC°. XXXVII, in Craftino beate Elisabeth uirginis gloriose.

Dass dise Copei mit Irem Rechten Original Auscultiret, Collationiret vnd demselben In allem gleichlautend sey, dass bezeuge Ich Erasmus Seydell, obgenannter Notari, mit diser meiner eigen Handtschrift.

XXXI. Ein Reuerfs des Compturs zu Nemerow, Als Stathalterfs des Hern Meisterfs deutschs Ordens p. p. vnd des Compturs zu Gardow, darinne sie bekennen, das sie mit dem Closter etzlicher Sehe halben zu grunde vortragen vnd das dieselben dem Closters zutendigk seien.

Nos frater Herman de Wertberge, Commendator Domus Nemerowe, gerens uices honorabilis in Christo uiri fratris Bartoldi de Hinnenberghe, magistri domorum ordinis sancti Johannis Bapstife in Almania, scilicet Saxonia, Marchia et in Slauia, Nec non frater Henricus de Wefenbergh, commendator domus Gardowe, ac uniuersi fratres domus eiusdem

ac ordinis supradicti, Vniuersis, ad quos presentia peruenerint, Volumus esse notum, diffensionem seu altercationem, que inter nos parte ex una, ac religiosos uiros, uidelicet dominum Abbatem et conuentum monasterii Celiporte parte ex altera, de quibusdam aquis seu stagnis, hiis uocatis nominibus, scilicet Grotekelle, Lütkekelle, Lutteke Carstauel, Krummenfe, uertebatur, hoc modo esse terminatam placitis interuenientibus ac sopitam, quod predictas aquas seu stagna ad dictos dominum Abbatem ac Conuentum monasterii supradicti, prout suis priuilegiis demonstrare poterunt, presentibus libere recognoscimus pertinere et omnem impetitionem, quam contra predictas aquas aut stagna mouebamus, totaliter remittimus nullis temporibus repetendam, ac ei per presentes renunciamus penitus et expresse. In quorum omnium testimonium presentia nostris sigillis ac supradicte domus Gardowe fecimus communiri. Datum et actum in ciuitate Lychen, Anno domini M^o CCC^o XXXVII^o, in die beati Nicolai, confessoris et pontificis; Presentibus testibus idoneis, uidelicet Ottone de Deuuitz, Lippoldo dicto Bere, Alberto de Warborch, militibus, et aliis quampluribus fide dignis.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia cum suo uero originali sigillato et incorrupto per me Erasmum Seidell, supradictum Notarium publicum, et concordat cum eodem de uerbo ad uerbum, quod attestor hac mea manu propria.

XXXII. Ein vertrag Bischoffs Ludwigs zu Brandenburk zwischen der kirchen zu Brandenburk vnd dem Closter himmelforten vonwegen des Zehend In den Dorfern Storkow, Rudow, Tangerisdorff, Redelstorff, Zuzen, Sommerfelde, Brufenwalde, Rutenberge, Lyniezere, Carstauel, Lutken Thiemen vnd Garlyn u. s. w.

In nomine Domini Amen. Quoniam ea, que geruntur in tempore, simul cum fluxu temporis euanescent, nisi recipiant uoce testium aut scripti memoria firmamentum: Idcirco habundantis cautele suadet utilitas, ut qui uult piis muneribus seu oblationibus aut donis consequi salutem, ipsa tradere studeat memorie posterorum per scripta. Hinc est, quod nos Ludewicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, notificandum duximus presentium inspectoribus uniuersis tam presentibus quam futuris, Quod ecclesie beate Marie uirginis in Celiporta ac fratribus ibidem deo famulantibus, de pleno consensu et approbatione nostri prepositi Thyderici ac totius Capituli Brandenburgensis ad hoc specialiter, ut moris est, uocati et presentis, in remissionem nostrorum peccaminum decimas seu administracionem decimarum cum fructibus earundem Vniuersis, uidelicet de uillis eorum, que huiusmodi nominibus appellantur: Storkow, Rudou, Tangherisdorp, Redeldorpe, Zuzen, Sommeruelde, Brufenuolde, Rutenberche, Lyniezer, Karstauel, Lutkentymen, Garlyn, quas in nostra Diocesi obtinent et omnibus suis pertinentiis et appendiciis et generaliter de omnibus bonis eorum nunc atque sitis, scilicet de curiis seu allodiis sic nuncupatis: Stolp, Thyemen, siue tales curias per se excoluerint, siue aliis dederint ad colendum ad firmam, siue in uillas redigant cum molendinis, Vineis, ortis, Virgultis, pratis, pascuis, siluis, mericis, stagnis, paludibus, lacubus, piscinis, riualis, agris cultis et incultis, insulis, animalibus et eorum nutrimentis, cum omnium predictorum pertinentiis et utilitatibus, que inde nunc emergunt aut futuris temporibus sunt emerfura, Super quibus olim inter nos et ipsos materia contentionis extitit suborta. Tandem uero hinc inde assignatis rationibus pro parte alterutra et priuilegiis Marchionum Ottonis et Johannis beate memorie, qui pro tempore fuerunt, in me-

dium productis, quod inuenimus ipsam Ecclesiam beate Marie Virginis in Celiporta eandem decimam ex iusto titulo interueniente fundationis et donationis dictorum marchionum, qui et dictam decimam ecclesie nostre in certis bonis et possessionibus copiose recompensauerunt et refuderunt et in tanto, quod nec nobis nec nostris successoribus aut nostre Ecclesie potuerit deperire seu aliquid lesionis imminere et a tempore, quo non extat memoria, in contrarium legitime perscriptisse, amicabile Compositio concorditer intercessit inter nos nomine dicte Ecclesie nostre et eosdem fratres nomine sue dicte Ecclesie, ipsamque decimam cum suis pertinentiis omnibus et appendiciis, ut est premissum, remittentes presentibus causa pietatis et pro alimonia pauperum fratrum in ipsa ecclesia Celiporta degentium, ipsisque libera ac perpetua donatione pro maiori securitate et cautela meliori in forma et iure, quibus possumus, contulimus, conferimus atque damus sub quieta possessione perpetuo possidendam, abnegantes omne ius scriptum et non scriptum, editum et edendum, quod in predictis decimis habere uidebatur, Ita uidelicet, quod neque a nobis neque a nostris successoribus Episcopis neque a prepositis, qui pro tempore fuerint, neque a Capitulo Brandenburgensi super predictis decimis, a nobis gratuito donatis, neque a nostris successoribus generaliter omnibus, predicti fratres de Celiporta secundum morem terre aliquo ingenio uel colore inpetantur, seu quouis modo molestentur, saluis tamen Episcopalis denariis a Rusticis sepeditorum fratrum de Celiporta secundum morem terre nobis dandis annuatim; Exceptis mansis, que ex arena per flatum uenti super inducta deserti aut alio quouis modo inculti iacuerint, de quibus nobis aut nostris successoribus dicti Episcopales denarii non dabuntur. Prefatam collationem decimarum facere decreuimus, ut exinde nostri memoria ac successorum nostrorum a predictis fratribus de Celiporta in monasterio eorum perpetuo peragatur. Hanc itaque donationem nostram discernentes firmam haberi et perpetuis temporibus inconuulsam et a nullo penitus irritandam, ipsam presenti scripto ac sigillorum appensionibus, uidelicet nostri nostrique prepositi Thyderici, nec non Capituli nostri Brandenburgensis, beniuolo seu uoluntario consensu eorum accedente, de nostra ac ipsorum certa scientia fecimus communiri. Huius rei testes sunt: dominus Thydericus, prepositus, Dominus Thydericus Kotho, Dominus Johannes de Magdeborch, Celerarius, Dominus Gheuehardus de Stechow, Canonici in Brandenburg, Dominus Thydericus, officialis noster, Fredericus, notarius noster, Dominus Gumpertus, miles dictus de Aldenhufen, Venerabilis pater Dominus Hermannus, Abbas in Lhenyn, fratres Volpertus, prior, Dominus Nicolaus, antiquus Abbas et burfarius, Thydericus, celerarius ibidem, ad hoc specialiter uocati et rogati, et alii plures fide digni. Acta et data sunt hec Anno M^o CCC^o XLII^o, Epacta XII, fundatione X., concurrente primo, Quinto ydus Aprilis, in Sygezere.

Auscultata et Collationata est hec presens Copia cum suo uero originali per me Erasmus Seidell, supradictum Notarium publicum, et concordat cum eodem de uerbo ad uerbum, quod attestor hoc meo proprio Chyrographo.

XXXIII. Eine fundation vnd Stiftung eins Altars Hertzog Johanns zu Mekelnburk In dem Closter Himmelpforten zu der Ehr Gottels, Seiner Weerden Mutter Marien vnd Aller lieben Heyligen, Dozu geben f. f. g. dy Schulten-Pacht vnd den Schulten mit XII Hufen Im Dorffe zu Pudewall mit aller Zugehorung vund gerechtikheit.

Allein dat alle Creaturenn Gott pflichtich findt thu louenn, also die Prophet spricht, Her David, doch findt die ghene defs plichtig, de mer vonn der mildenn handt Godefs hebben ent-

fanghenn vnd genomenn. Hirumb so lisset, dat Wie her Jhan, vonn der gnade Godefs Hertoge tho Mychelnborch, ein herre vonn Rotzstock vnd van Stargarde, vnn deme tidlikenn gude, dat vnfs Gott vorlegghenn hefft, lüchtenn ein Altar in vnseme Closter der Hemmelporth, Inn die ehre Gadefs vnd siner Benedidenn mudere Marienn vnd aller Hilgenn Godefs, Dar gehuenn sich met willenn tho de Erbare Abbett vnd sine Conuentefs brödere, dat sie tho deme Altar scholenn holdenn alle daghe eine Misse, des sondagefs vnn dem sondage, des Mandagefs Sile-Misse, des Dinsedaghefs vnn alle Godes hilgenn, des Midewekefs Seele Misse, des Donnerdaghefs vamme hilligenn geyste, des vridagefs vamme hilligenn Crutze, des Sonnauendefs vnn vnser leuenn vruwenn, et nu sie, dat andere heyligenn kommen binnen dessen dagenn, de dat benemenn oder sie vnn des ordenn plicht andere Missenn scholenn holdenn. Desse missenn scholenn sie holdenn tho troste vnd tho genadenn vnse oldernn vnd all vnse liftheuedenn vnd vru Rycienn, die hierbeuorne vnse leue echtghenote wafs, vnd ock vnfs thor saldenn vnd vnse ergenamenn, vnseme brodere Hertoge Albrecht vnn Mychlenborch, siner vruwenn vnd orenn ergenamenn ewichlikenn vnd vmm. Datselue vorbenumbde Altar begaue wie met vorbedachtenn mude vnd mett ganzenn willenn mett desseme gude: meteme Schultenn pachte vnd dem Schulten Inn deme Dorpe tho Pudwall met twelf huuen Inn demseluenn dorpe, de geue wie dem Erbarnn hern deme Abbete vnd sineme Conuente mett aller vriheit, mett alleme egendume, mett aller vrucht, mett holtenn, met wathere, met wilkenn, mett weidenn, mett bruken vnd mett aller nuth vnd mett alleme rechte ouerste vnd niederste, mett aller pacht, mett tinsfe, mett bede, Inn erenn vrom thukerende, mett alle deme, dat dar aff plecht thu kommen, vry vnd ledich vnd los, sunder enghere hande dinst. Och vorthie wy aller ansprake vnd aller gewaldt vnd aller Herschaph vnn vnser wegenn, vnn vnser ernamenn wegenn vnd aller ghenenn weghenn, die vnse nauolgende findt ann der Herschaph, vnd alle des rechtfs, dat vnse muchte thukomene vnd tuuallende sin Inn deme vorbenumbdem gude. Och vorbide wie all vnse Voghdenn, vnsern Landtridernn vnd all vnse Anbachtluenn, dat sie neine gewaldt nochte nein ghebide Inn demseluenn gude mehr scholenn hebben. Thuge alle deser ding findt: de vrome here, her Otto, graue tho Vorstenberche, vnd sin sone Albrecht, di Junge Greue, Her Jacob vnn Dewitz, Her Lippoldt Ber, riddere, Henninch Ber, knecht, Her Nicolaus Arneborch, Prister, Her Sander, Her Henrich Rode, vnse Capelane, vnd andere vele vromer Lude, di truwe vnd louedefs werdich sin. Thu einer ewigenn stedicheit alle deser dinge, so hebbe wie en desse briue ghegeuenn, besegelt met vnse Ingelegele van vnser rechten witscaph. Na Godefs borth Dufendt Jar, drihundertt Jare, In deme achte vnd veltichstenn Jare, des Sunnauendefs Inn deme Achtendenn dage Epiphanie Domini.

Auscultata et Collationata est hec Copia et concordat cum suo vero Originali de verbo ad verbum, quod attestor ego supradictus Notarius Erasmus Seidell hoc meo Chyrographo.

XXXIV. Ein vorschreibung Grafe Otten von Fürstenberk, dorinne er bekennet, dafs er von dem Closter gekauft habe die Veldmark Garlyn Mitt eyner Maafs, wy dorinne ferner gemeldet wirdett.

In Godefs nhamenn Amenn. Wie Otto, vonn Godefs gnadenn graue thu Vorstenberge, bekennen openbare Inn vnseme Jegenwardigenn briue, dat wie hebbenn ghekofft de veltmarke thu Garlin, Alrede betalett, vann deme erafftighenn vader Inn Gode Broder Petere vonn der grune, deme Abbete vann der Hemmelporte, vnseme herenn, vnnnd vann sine Conuenthe, Also alle se licht Inn all örenn endenn vnnnd schedenn, Also datt desulue veltmarke schall liggenn tho holte vnnnd thu grafe, vnnnd wie vnd vnse eruenn en schollen dar ninerleie bw vp buenn. Ock schole wie vnnnd vnse rechtenn eruenn desulue veltmarke vann vnseme herrern deme Abbete vnnnd vann sinen nakomelingenn tu lene entfangenn. Vortmer beholdenn vnse here vnnnd sin Conuenth sich an der veltmarke desse stücke, de hirna stan: Thu deme Irsten male: de pandinge In den holtten van der heide bette vp datt olde Molenstat. Watt Broke an der pandunge schut, datt sie ann wundenn edder ann dotschlaghe, edder ann welckenn stuckenn datt sie, denn schole se richtenn lathenn vnnnd hebben ene sich. Inn der suluen wis beholdenn se die pandinge vppe der grafs wilk alle Inn den holtten. Ock beholdenn sie al de watere, de binnen der veltmarke liggenn vnnnd de ann de veltmarke schetenn, der en schole wie vnnnd vnse eruenn nicht vischen lathenn. Ock mögenn se varenn mett eren schepenn vnnnd garne tu denn waterenn wedder vnnnd vort, wo dicke se willenn, ouer de veltmarke. Wy erlouenn ock vnsern Borgerenn vann Vorstenberge ene Drift mett ereme vee ouer de veltmarke vann der Stadt bette Inn den wilhagenn thu örer weide. Datt ditt ewichlikenn steden vnd vast bliue, des hebbe wie dessen brieff gesterkett met vnseme groten Ingefegele, de gegeuenn ifs na Godefs borth drutteinhundert Jar, Inn deme Achte vnd vefftighesten Jare, In deme Sondage, wan singett Quasimodogeniti.

Auscultata et collationata est hec presens copia et concordat cum suo vero originali de verbo ad uerbum, quod attestor Ego supradictus Notarius Erasmus Seidell hoc meo Chyrographo.

XXXV. Ein Vorschreibung Hertzog Johansen zu Mekelnburk, darinne er dem Closter Himmelpforten gibt den Eygenthumb zweyer Hufenn Im dorff Vlatow In allermassen, Wie die andern hufen, die dafs Closter von Marggraff Albrechten etc. hatt.

Wie Johann, vann der gnade Godts Hertogh tho Mekelenborch, Stargardt vnnnd tho Rostok, Bekennenn vnnnd betugenn openbar Inn disse schrift, datt vnse leuen truwe manne Her Engelke Warborch, Ridder, vnnnd Albrecht Warborch, knecht, brödere, vor vnfs sindt gewesenn vnnnd hebben vnfs berichtett, datt sie grothe noth heddenn geledenn vann schulde weghene vnd wistenn dar to neine wege, des hedden sie erenn herenn, Her Marquarde, denn Abbatt vann der Hemelportenn, ghebeden vnnnd sinenn Conuenth, dett sie mösten vorkopenn twe huenn, de sie vann deme Godshufe heddenn tho Vlatowe In deme dorpe vnnnd dartho denn eighenn, den dett Godshufes ouer de twe huenn hedde, se woldenn wedder twyer huenn pacht en In ereme gude tho Werbende settenn vnnnd vorlathenn, denn sie alle Jar vpbörenn schole tho funte Mertens dage Also lange, bett datt sie vann gnadenn weghenn vann vnfs erwöruenn denn

eighenn twier huenn van den huenn, de sie von vns hebbenn tho lene, dar heddenn sie se anghetwedenn ouer mitt grotene arbeide, Wente datt Gode vereighent Ihs, datt ne mögenn sie nicht lathenn. Doch so hebben sie erenn Dineft anghesen vnd hebbent ghedann vppe de vorworthe, alse hiruorn geschreuen stait. Dese hebbenn sie vns vliitken ghebedenn Her Engelke Warborch vnd Albrecht Warborch vorbenömet, datt wie dorch Gott vnd dorch erefs Dinestes willenn deme Godihuse des Closters tho der Hemmelporthenn wolden geuen denn eighene twier huenn tho Vlatowe vann denn huenn, de sie vann vns hebbenn to lene. Dar heb wi sie annghetwedenn vnd geuenn deme vorbenemedenn Godihuse des Closters tho der Hemmelporthenn vnd den Brodern, de Gode dar Inn dinenn, den eighenn twier huenn tho Vlatow, de nu Inn der tidd besittenn vnd Arbeidenn Heine Alardefs vnd Claws Schomaker, mit allenn stuc-kenn vnd Inn allen stucken, alse sie de andern huenn hebbenn, de ön de Eddele here Margreue Albrecht vann Brandenborch, dat em Gott gnedich sie, öre stichtigher, hefft voreighent vnd gegeuenn, vnd vorthienn vnd vorlathenn aller Herschach vnd allefs rechtsefs, datt wie edder vnse ersnamen edder vnse nakomelinghe ann deme eighenn der vorsprokenenn twier huenn tho Vlatow möghenn eder möchten hebbenn. Tuge deser Ding sint: Her Johann Bruggow, priester, Her Vritze vann Bertkow vnd Her Vicko Munt, ridder, vnd vele lude mehr, de lowenwerdich sint. An eine hoger Betugenisse so heb wie vnse grothe Ingefegell heiten hengenn vor dissenn Brieff. Datum Nien Brandenborch, Anno domini M^o. CCC^o. septuagesimo, feria sexta proxima post Inuocauit.

Auscultata et collationata est hec presens Copia et concordat cum suo vero originali verbotenus, quod attestor ego supradictus Notarius Erasmus Seidell hoc meo Chyrographo.

XXXVI. Ein kauffbrieff des Capittels zu Bröden, darinnen sie dem Closter Himmelpforten verkauffen Sebenhufen ackerfs mit Irer Zugehorung Im Dorff Pudewall, Auch einen hof, eine Windmölle vnd eine Wassermölle vor 150 Mark Vinkenogen.

In nomine Domini Amen. Nos Johannes, Dei gratia prepositus, Hermannus, prior, totusque conuentus monasterii in Brode, ordinis Premonstratensis, Havelbergenfis Dyocesis, coram uniuersis et singulis Christi fidelibus, ad quorum noticiam presentes litere peruenerint, Recognoscimus et lucide protestamur, Nos unanimi deliberatione et consensu religiosi dominis Abbati, priori et fratribus monasterii Celiporte, ordinis Cystercienfis, Brandenburgensis Diocesis, nunc existentibus et eorum in perpetuum successoribus septem mansos agri, sitos in Campo uille Pudewal, cum areis ad eosdem spectantibus, Nee non curiam humuli, Duoque molendina, uenti uidelicet et aque, cum stagnis et campis pertinentibus ad eadem molendina, prout hec hactenus habuimus et possedimus, pro centum et quinquaginta marcis denariorum Vinconum, nobis ante confectionem presentium integre numeratis et ex toto persolutis, rite et rationabiliter uendidisse ac uendicationis titulo plenarie dimisisse. Quod siquidem bona sicut premititur uendita, debemus et uolumus ipsis dominis et fratribus prenotatis eorumque successoribus, prout ius terre approbatum suaferit et dictauerit, warandare et ab omni personarum Ecclesiasticarum uidelicet et secularium ius dare et recipere uolentium, quomodolibet impetitionibus penitus disbrigare. In quorum testimonium sigilla nostra presentibus duxi-

mus appendenda. Datum et actum Noue Brandenburg, Anno domini M^o CCC^o LXXX^o octauo, in die Epiphanie Domini.

Dass dise Copej von mir Erasmo Seydell, obgenantem Notario, mit Irem Rechtenn Pergamenen Originali Collationiret, Auscultiret vnd demselbenn allenthalben gleichlautend sej, Dass bezeuge Ich mit diser meiner eigen händtschrift.

